

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

De dictatore et magistro equitum. Cap. VIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

*De Dictatore & magistro equitum.**CAP. VIII.*

A Pud Cic. 3. de Legib. fragmen-
ta quædam extant ex legibus
12. tab. de dictatoria maiesta-
te, vbi Dictatorem supremum ma-
gistrum fuisse ac magistrum populi
vocari constat. Fuit autem hic ma-
gistratus primùm creatus in vrbe
anno 12. vel vt quidam volunt 9. ab
exactis Regibus, cum 40. Latinorū
vrbes cōtra Romanos cōspirassent,
concitante Octauio Manilio Tuscu-
lano Tarquinij superbi genero, a-
pud quem tum ipse exulabat. Sum-
ma hæc potestas fuit cui licebat in
caput ciuis animaduertere neque
ab eius sententia vllō modo pro-
uocare, sed cum ditio totius Impe-
rij penes ipsum foret omnia regere
& curare cæteris magistratibus or-

*Dicta-
toria po-
testas
qualis.*

dinibꝫque populi obedientibus.
 Insignia habebat regia & lictores 12
 duntaxat semelstris erat, neque vn-
 quā creabatur nisi in summo Reip.
 discrimine: erat enim in extremo pe-
 riculo extremū remedium, videli-
 cet cū vis aliqua maior repēte ob-
 orta ingentem vrbi cladem minita-
 ri videbatur. Primus hanc dignitatē
 assecutus est T. Largius. Appellatus
 est autē Dictator & Dictatura quōd
 à Cos. diceretur, id est, crearetur no-
 ctis silentio, vt Liuius author lib. 9.
 vel quōd aliis omnibus posset dicta-
 re, id est imperare & precipere. Li-
 uius lib. 2. id significare videtur cū
 ait, Creato Dictatore primū Romę,
 posteaquam præferri secures coepe-
 runt magnus plebem metus inces-
 sit vt intēiores essent ad dicto paren-
 dum: neque enim vt in Cōsulibus,
 qui

*Dicta-
 tor unde
 dictus.*

qui pari potestate essent alterius auxi-
 lium neque prouocatio erat, neque
 vlla vsquā nisi in cura parendi auxi-
 lium. Reperiuntur tamen Coss. alii *Coss.*
 quando prouocationi non edentes *qui con-*
 supplicio pernicioso ciues affecisse, *tra pro-*
 in quibus Cic. authore Sallust. Len- *uocatio-*
 tulum ceterosque coniurationis so- *nem sup-*
 cios, decreto Senatus per Triumui- *plcium*
 ros interfecit. Id tum fieri poterat *non int-*
 cum Senatuscōsulta ad hanc formā *erant.*
 fiebant. Videant Coss. ne resp. quid
 detrimēti capiat. Plutarch. in Fabij
 vita scripsit Fabium Dictatorē desi-
 gnatum à Senatu petiisse vt sibi Di- *Dicta-*
 ctatori liceret equo vti, non enim *tor ne*
 antea Dictatori equitare fas fuisse, *quit-*
 quod veteri quadam lege id prohi- *bat.*
 bitū foret: causam fuisse hanc tradit
 vel quod maiores vires inesse pediti
 arbitrarentur, propterea que impe-
 h. j.

ratorē in legione permanere oportere nec locum deferere, vel quoniam ad alia omnia tyrānica magnā que sit potētia magistratus ille, vt in hoc appareret Dictatorem volente populo indigere. Item eodē authore, Dictator omnium magistratuū imperium inhibebat & ad sese trāsferebat præter Tribunos-pleb. qui soli Dictatore creato non cessabāt.

*Magi
fier e
quitum*

Porro quoniam magister equitum ad Dictatorē pertinebat, per opportunū erit hoc quoque loco de eius potestate atque authoritate dicere. Fuit magister equitū talis sub Dictatore quales erāt sub Regibus Tribuni celerū: & postea fuerunt sub Cæsaribus. Præfecti prætorio quemadmodum Dictatori ius summū fuit summū populum, sic magistro equi

Accēsi. tum in omnes equites & accensos,
id est,

id est, milites in mortuorum locum
subrogatos: & sicut ipse Dictator à
Consule dicebatur: ita ipse quoque
magistrū equitū dicebat. His adde
quæ de horum ac cæterorum magi-
stratuū ordine solita sunt obseruari
potissimum in militia & castris nē-
pe militē imperio Cēturionis, Cen-
turiō Tribuni, Tribunū Legati,
Legatū Cōsulis, magistr. equitū Di-
ctatoris paruisse, vt Liu. sentit li. 8.

De Trib. plebis. CAP. IX.

PLEBS cū imperiosam Patrum ar-
rogantiā ferre non posset ab vrbe
per seditionē secessit: hac secessione
video plerosque scriptores eosque
grauissimos falli quòd nonnulli in
Auentinum, alij in sacrum mōtem
abiisse populū credant. Sed Liuius
facile docet quidnam de hac sit sen-
h ij.